



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

16. [i.e. 17.] De quodam, qui cum taxillarum lusu re[m] perdidisset, imagines B. Virginis & S. Alberti inuasit, ex quibus sanguis profluxit, author sceleris fulmine ictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

commissorū vlticem poenam. Quum enim familiae essent eorum qui incolabant templū; quatuor & viginti, ad vnum omnes amarulenta morte extincti sunt: eorum verò qui in viculo morabantur, nemo interim diem suum obiit. Ipsa autem imago appetita missili sagitta etiamnum hodie superest, plagam retinens iactu sagittae impactam, simul & defluentis sanguinis vestigium. Nec pauci eorum sunt superstites qui fuerunt spectatores, remque deprehenderunt tunc, quando mirabile signum hoc factum est. Quinetiam ipse ego rei gesta in imaginem spectator, quum inuisissem, quod videram, scripsi.

*Ex vita S. Alberti de monte Drepano Carmelita, authore ni fallor, Ioanne Maria Politiano, quam habes 7. Augusti in Tomis Laurentij Suriy cap. 24. De quodam qui cum taxillum lusu rem perdidisset, imaginis B. virginis & S. Alberti inuasit, ex quibus sanguis profluxit, author sceleris fulmine ictus.*

## CAP. XVII.

**I**N castro Drepanensi quidam taxillorum lusu omnem rem suam perdidit, tanto animi dolore, vt pariter à fide ad desperationem deficeret: & ecce venit ad locum vbi erant imagines B. Virginis & S. Alberti: Eas intuens, dicit ad imaginem S. Alberti: Toties inuocaui te, & non me audisti in necessitatibus meis. Quid igitur causae est, vt te sanctum praedicem,

dicem, cum nulla ratione me potueris iurare? Absit ut posthac te pro sancto habeam. Te quoque Maria, quæ mater gratiæ diceris, patres aures tuas occlusisti ad preces meas. Inde amplexu gladio, utramque imaginem secat, & confestim ex ambabus distillat sanguis multus in terram. Vidit id quidam puer, sublatamque voce clamat in sacrilegum. Ille audito clamore exit è templo, sed repente horrendo exitu tonitru, fulminis ictu totus in pulveres ad res Ecclesiæ redigitur.

*Ex historia violata crucis Theodorici Christi mundi, De imaginibus Christi crucifixi, D. virginis, aliorumq; sanctorum propugnantiam anno 1383. a quodam vulnere ex quibus sanguis ubertim profluxit, & funesto istius iconomachi interitu.*

## CAP. XVIII.

**A**nno salutis nostræ M. CGC. LXXXIII. fuit in his regionibus homo quidam cui nomē Schelkropff: de cuius origine & patria neque aliquid adhuc comperimus, neque magnopere attinet rimari. Hic certe genere, & ex infima plebe fuisse fama consentit, sed qui natalium obscuritatem veluti alter Horostratus incensorem bri Ephesiæ Dianæ, insigni scelere illustratam immortalis quadam infamia nominatis. Hic igitur cum alioquin natura præditus maligno ingenio, factus est etiam vltro temeritate quàm cōsuetudine peccandi detentus.